


XV E
725





[Caillaut et Martineau]	Pièce	1.	Daunou	1204	- Pellechet	
		2	–	1181	–	2629
		3	–	295	–	4079
– [Caillaut et Martineau]		4	–	1199		
		5	–	978	–	4964 A
		6	–	977	–	4867.
		7	–	1184	– 3510	
		8	–	omis. (v. autre ex. [757] 391	–	
		9		122	–	

¶ De misera hominis conditione.



¶ Roberti gaguini ordinis/sancte trinitatis de redēptione captiuoꝝ
gñalis ministri: de misera hoīs cōditione et ad eā ꝯsolatiōe Elegia.

C Cum ꝓpter fortune (vt ipse iudicabam) iniquitatē me plus solito
meror aliqñ inuasisset: oīsqꝫ michi ꝯsolator nōmodo dolorē nō leniret/
sed magis magisqꝫ augeret: cepi hoīm declinare frequentiā: et crebris
meme suspiriis afflictare: tanqꝫ supra humanū morē sors in me aduer
sa grassaretur. Repetebā mestus ex veterū hystoria infelices plerosqꝫ
quos ab exordio generis hoīm ad nostram vsqꝫ etatē calamitate con
tritos acceperam. in quos tāetsi longe acerba mali cōditio seuiisset: ad
meā tamen relata inferior minusqꝫ amara illa videbatur. Veniebant
michi ꝓtenus in mentē recentiores plurimi/ quorū cum ego nūc gene
ris amplitudinē/ nunc vite sanctimoniā vel excellentē doctrinā mente
reuoluerem: subirentqꝫ demū que me vano atqꝫ inspiciēte prelia et cō
tusiones fortune ipsi pertulissent: nō me modo misellū: sed totā hoīm
ꝓpaginem fluctibus omnino aduersitatis michi doluit agitari. Pre
sertim vbi neminē reperias quē ad extremū comitata fuerit sine peni
tentia felicitas: immo vero quē mala sors crebris nō offenderit interual
lis. Enimuero nec dignitate quēpiam/ nec diuitiaꝝ affluētia/ sꝫ nec ami
corum presidio defensum intelliges. Itaqꝫ vel intra domesticos parie
tes nascitur iniquitas: vel turbo aliquis vehemēs quē nec videas nec
suspiceris foris insurgit. Qui si (quod ꝑrarū est) persequi desistit: inqui
es nichilominus interdū animus seditōem parat. nec tantisper dū ex
tero carent hoste mortales/ beato eos ocio frui sinit. dissidet enim sibi
nonnūqꝫ homo/ ⁊ demee terenciani instar affligit semet atqꝫ excruciat
His ergo et multo plurimis continēter incōmodis conflictari homies
cū permoleste ferrem: vt acerbitati tandem mestitudinis nō nichil me
dicaminis et consolatōis ex studio litterarū adhiberem: tētaui victus
ferme impacientia/ querelis grauioribus miserā hoīm conditōnem in
contemptū adducere. Fit enim plerūqꝫ vt cui malo presentaneum non
succurrit remediū: acrior illud furor et sthomacatio quedā aut mitiget
aut tollat. Paucis igitur carminibus grauiores hoīꝫ incōmoditates
persequi et complecti michi visus sum: quasi incitatā indignationem
alia atqꝫ alia superadiecta indignatiōe sanarē. Verū vbi a furia mēs
fatigata quieuit: carminis memor dauitici: verūtamen in ymagine ꝑ
transit homo sed frustra cōturbatur: caligantes indignatione et mero
re deiectos oculos meus extulit. et dei recordata delectata est. tristisqꝫ
vt est apud psalmistā scopuit spiritū: reminiscēs miserationū domini.
qui in miliciam ꝓfectū hoīem laboribus eum et pugnis exercet. ne ad
beatitudinē destinatum sempiternā/ tranquillā inter fluctuantis vite

procellas requiem se nacturū expectet. sed peregrinari se tanq̄ aduenaȝ intelligat/ cui nec terra sit nec ciuitas perpetuo incolenda. Sciatq̄ dicere cum ppheta Incola ego sum in terra: et peregrinus sicut omnes patres mei. Quo fit vt p vite breuitate intendat animū semper vltra hec incorruptibilia pficisci: et non occupari marcescentibus celeriter bonis. Sed explicare se seculi sollicitudinibus/ vt quicquid blandimenti voluptas/ vel terroris inimicus vel carnis grauedo desidie obiecerit id calcatū exuperet/ certus omnino mortem transitū esse in vitā felicē ꝛ nunq̄ desiturā. Cui imortali vite per aduersa cōparande arma atq̄ adminicula cū rationis tum dei sicuti accepit: ita illa ad se tuendū exercere pōt. Accedūt ad hoc infinitorū pene virorum atq̄ mulierū preclara certamina: quibus nec nature nec sexus infirmitas sic offuit: quī portentorū seuos incursus in se exeptos peruicerint. Talibus pfecto antidotis conceptū cum furore errorem solatus sum. Et quod mecuȝ indignabundus primū/ deinde quietior factus cogitauerā: lōgiuscula elegia conclusi. Que si aliis ad similem temperandū furorem non proderit: michi nichilominus aliquantisper valuisse nō negauerim.

¶ De misera hominis conditione et ad eam consolatione per Robertū gaguinum.

Inter multa quibus se mens exercet et angit/
¶ Hec mestam in primis questio sepe quatit.
Cur hominem tenui post omnia semine cretum
¶ Et nudum finxit conditor/et fragilem.
Vagiat ortus humi querulus. nec cetera/nec se
¶ Noscat: mole sua verme profecto minor.
Quem velut amentem mala vexet semper erynnis:
¶ Implicitum foris sedula nectit anus.
Et nisi lactantis succedat cura benigne:
¶ Vix datus in lucem/luce remissus abit.
Adde ꝙ et fandi stat longo nescius euo.
¶ Vt tantum effigie differat a pecude.
Quid ꝙ adultus eget iussis et lege monentis:
¶ Et crebro hortatu vix datur esse sciens:
Nanqꝫ per etates obrepunt nubila cuiqꝫ.
¶ Error queqꝫ suus cecat vt acer amor.
Sic ne ducem rebus diuina lege futurum
¶ Per tenebras labi profuit: et ruere:
Et quam tu ratio fers luminis esse ministram/
¶ Fumigat. et fungis nigricat atra suis.
Centum oculis diues nōnunꝙ luditur argus.
¶ Fallitur et thedis pluribus vsa ceres.
Vnde sibi (dic queso) petat per opaca meatum:
¶ Arte ne: sed titubat stultus et omne sophos.
Dum macedona coli prohibet. calistenes aris:
¶ Dissectus toto languit ore miser.
Aster inexperti simulator forte cachinni.
¶ Et grauis et sapiens surgit in orbe solon.

Quid risus lacrimasq; notem diuersa sequentum?
¶ Quid iuuat aut molles dicere vel rigidos?
Rara arte inuenies casum vitasse platonas.
¶ Discipulos fallit philosophia suos.
Turba cleanteo deducta cacumine multis
¶ Ceca locis:necdum fert sine labe pedem.
O formas vite varias.o errata sciendi.
¶ Hic iubet/ille vetat:garrit hic/ille tacet.
Ructat apros alter q conuomit ore lyeum.
¶ Hic modico letam sustinet esuriem.
Que secura manet qua transeat orbita lippus:
¶ Non satis est virtus:nec satis ars docuit.
Jam michi nec tripodas:nec phebi oracula narres.
¶ ꝙ sit iniqua dei sponsio crede doces.
Exta sacerdotem fallunt.et nescit aruspex
¶ Fibras.ridet ouans iuppiter armiolos.
Ponat aues augur.nec cornua iactitet āmon.
¶ Ars vesana gradus ponit ad interitum.
Nec satis astridicus celos cognouit et apex.
¶ Nec martem ignitum/nec fera tela iouis.
Sed scio quid contra argutus sorbonicus addat.
¶ Et christi et mopsi lege patere viam.
Hos vite preferre faces ceu sydera puro
¶ Fulgore arcendis nubibus appositas.
Inficias non ibo.patres agnosco/deumq;.
¶ Quem carne obtectum credit amatq; fides.
Sed densa est inter caligo sequentibus egris.
¶ Nec contusa valet ferre pupilla iubar.
Triste per anfractus scruposo tramite longe
¶ Saxa per et rupes sentibus horret iter.

Quo dum procedunt callis dissectus inertes
¶ Turbat. et ancipites deuius error agit.
Lex vetus vmbroso tegens enigmate verum
¶ Plerosq; abducit limite precipiti.
Nempe quis aut mopsi preduro cortice sensa
¶ Eruat: aut vatum prescia dicta docet?
Obsignata latet quam nemo recluserit esdras
¶ Pagina venturo carmine prompta deo.
Hinc venere truces anime retinacula secte:
¶ Cum properat sensis quisq; preire suis.
Et quanq̄ exultet saluantis munere ihesu:
¶ Insipida interdum credulitate ruit.
Pro se quisq; tamen testes et scripta reponit.
¶ Et quo incuruus eat dirigit vsq; gradum.
Quis diras hereses nullo non tempore fumo
¶ Nigrantes lippus cernat et insidias?
Scintillas veri dubius per nubila/tantum
¶ Suspicor: et dicis sydera curre micant.
Luscus vt obscura suspenso calce pruina
¶ Fumantem longe cōicit esse facem:
Sic procul appensis media caligine lichnis
¶ Veri signa notat subradiantis homo.
Stat iuxta insidians cōmentor fraudis alumnus
¶ Hostis/et anguigero crine megera ferox.
Suspensum impellunt astu subit egra voluntas
¶ Et captiua malis dat ruitura manus.
Blandula mox dulci ceu coniunx felle voluptas
¶ Palpat. et ad venerem suggerit igniculos.
Accedit rerum splendor diuersus/honorq;.
¶ Cum fucto et pompa fit comes anbitio.

Que si non agitant:inopem ferit acris egestas
¶ Aut a fratre dolus. vis. furor. ira. metus.
Clamat et attritu nimium pertusa lacerna
¶ Pauper opem:et miseris questibus astra replet.
Interea quid iura ducum/stippendia/sortes/
¶ Eloquar:et furta martis et angarias:
Non paruo sudore gemens hec soluit egenus.
¶ Soluit.et afflictis vndiqz crescit onus.
Cerne ꝙ a minimis nequeas vitare furorem.
¶ Lederis/ignarus quo malus hostis agat.
Musca pulex cinifes et vespa et bruccus aragne:
¶ Voluulus et blatta scorpius et coluber:
Et longe inuisa serpentum plurima pestis:
¶ Nonne venenifere spicula mortis habent:
Nonne vides quo trux trudat dementia multos:
¶ Et quo seuus amor impulat absalonem:
Vna venus raptu sublima pergama fregit.
¶ Hec eadem ferme subruit et danaos.
Non iras:non bella quibus se concutit error
¶ Profero:succumbit mens tot operta malis.
Hec parui fuerant:nisi se rabiesqz famesqz
¶ Ingerat:illa lupis seuior/hec tigribus.
Hec gnatos crudele nephas oblita parentis
¶ Et necat et lixat matris ad ingluuiem.
Illa furente manu totos grassata per artus
¶ Vnguibus et dente corpora seqz vorat.
Et natura parens vix temperat horrida monstra
¶ Ceu paret alcidi iuno nouerca feras.
Terra tremore fragore polus fluuionibus vndas
¶ Territat.et morbi non monoforme genus.

At dum corda quatit terrore pauentia vermis:
¶ Ut memor actorum flebilis illachrimet:
Acrior his longe premit intus et angit inermē
¶ Cura vrens sceleris: cura relicta boni.
Hos inter strepitus tamen exclamatur: habeto
¶ De superis curam. ditis et antra caue.
Heu diram sortem speremus ab equore nudum
¶ Surgere: quem nulla concutit vnda rate:
Expositum silua in magna per lustra ferasqz
¶ Vincere non dicam: serpere crediderisꝰ
Sic hominem pressa formator valle locauit:
¶ Cui super expurgat vndiqz scissa silex.
Infra dispateat despectu fossa profundo.
¶ Lubricus vt callis inter vtrunqz ferat.
Circum inimica cohors accincta ferire pauentem
¶ Quam subito lapsu conterat et iugulet.
Scandere si tentet: conantem saxea rupes
¶ Occupat. in preceps si labat abicitur.
Ergo septus homo longe infelicior omni
¶ Est animante sua conditione miser.
Sed quo memet ago: dicam ne creantis iniqua
¶ Lege premi insontem carcere morte herebo:
Excelsi sed facta dei temerare nec ausim
¶ Nec fas est. factum miror et artificem.
Maior enim tanto est: quo nos terrestria passos
¶ Excitat impigros vincere monstra soli.
Postqz breues pugnas dextra victrice venire
¶ E ceno ciues luminis etherei.
Quis te pallor agit fugiens certamina miles?
¶ Vix pugnam ingresso pila timore cadunt.

Dispice si qua tenes veterum miracula rerum
¶ Jam pueros cernes querere morte decus.
Femineos illic et viros mortis agones
¶ Etate in tenera scripta beata canunt.
Vbera divelli ferro cardis et corpora carpi.
¶ Et plecti horrendis virginis ossa rotis.
Igniri termas/et aquis ferventibus indi.
¶ Et gelidis lacubus psallere posse senes.
In fornace puer flammas contemnit et ignes.
¶ Crateqz distentum ledere pruna nequit.
Vna necem/et sevas perfert virguncula mortes
¶ Tu vir(vah)sonitu deficis vsqz tube.
Per silvas alter solus collega ferarum
¶ Pastum a glande petit/vescitur et siliquis.
Dormit humi gelide.pro tectis incolit antra.
¶ Nudus et algores sustinet/atqz famen.
Inter delicias satur est dum venter obesus
¶ Nazareos loquimur:sansonas et furios.
Offensi verbo mox mox turgescimus ira.
¶ Nec bilem incensam terrïtat ensis atrox.
Flumina tranamus:nec obest transcendere iuram:
¶ Hostis dum pereat/dum furor arma gerit.
Si promittat opes(vndis rixantibus)equor:
¶ Sauromatas molle est:molle videre tagum.
Ad scelus omne levis pena est:et grata voluptas.
¶ Sola gravis virtus visa libidinibus.
Si quid relligio sacris proponit agendum:
¶ Officio si quid convenit et superis:
Molem habet invisam ceu tergo ponat olympum.
¶ Vel monte adverso sysiphe saxa rotes.

Tam tarda est natura sui meminisse vigoris.
¶ Pronaqz decumbit pondere pressa mali.
Magno sed mentis nixu/duroqz labore
¶ Sublata:erigitur statqz vigetqz gradu.
Non secus ac molli nutritus miles in aula
¶ Sub dura refugit casside bella pati:
Sed sudore cito tabescit inanis et expers
¶ Luridus et toto sanguine deficitur.
Si sensim perferre sagum solisqz rigores
¶ Cogitur:assuescit.tela nec vlla pauet
Credite sic animos longeua per ocia frangi.
¶ Et fieri imbelles absqz labore manus.
Ergo opus est facto.domita sic carne fatiscet
¶ Dira acies scelerum/victaqz terga dabit.
Jeiunus sine pane famē/sine fonte diurnam
¶ Ferre sitim disces.et sine felle dolos.
Non fraterna tibi liuentia sputa dolebunt.
¶ Et patula admittes aure nefanda loqui.
Longeqz abscedes doctrinam audire prophete
¶ Qua mens irrigua ducat in astra comas.
Hoc alitus ritu cedent tibi monstra/fereqz.
¶ Nec falsos monitus lex peregrina vehet.
Sponteqz dilectum facile amplexaberis hostem.
¶ Criminibus tantum bella seuera geres.
Dux aderit christus precessor fidus in armis
¶ Doctrine et vite legifer et medicus.
Eius gesta ducis colaphos et funus acerbum
¶ Volue memor.teqz iussa beata iuuent.
Rege tuo miles felicior esse putabis:
¶ Ille labore polos:ipse quiete petes:

Discipulum fassus:passi tormenta subibis.
¶ Tolle crucem dixit qui mea gesta probat.
Quid genus/et querulus luctu marcescis anili:
¶ Ceu deprensus eas furcifer in baratrum:
Surge potens animo/superis comitantibus egrum.
¶ Et confide. Vehit spe deus ipse suos.
Pugnabis.referes christo censore triumphum.
¶ Sursum ibis gaudens:flebit inerme scelus.
Demus colla iugo saluantis/demus et arma.
¶ Pone deus victor pugnat vbiqꝫ comes.
Igniculos virtutis habes/quos pectore gestans
¶ Si cure et studii follibus excuties.
Fax eris ipse tibi/tenebris prelucida cunctis.
¶ Et tete armatus stabis agente deo.
Cuius presidiis et sancto numine diras
¶ Calcabis pestes strennuus armipotens.
Nam deus in nobis operatur velle fidemqꝫ.
¶ Compugiles illi simus et armigeri
State viri.et durate animo.nec segnibus annis
¶ Stertite. Vobiscum semina lucis eunt.
Exercete pios genitor quos indidit ignes
¶ Mentibus.his verum cernimus et superos.

¶ Finis.



